



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De his qui in clero sunt, & carnium esum habuerint exosum. xv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*Quod in diebus ieunij eleemosyna sit facienda.*

*Caput XI.*

**D**iebus verò ieunij eleemosyna facienda est, & cibū *Ex cōcil.*  
sive potum, quo quisq; vti debuit, si ieunauerit, pau- *Cabillo.*  
peribus eroget: quia ieunare & cibos prandij ad cœnam *cap. 5.*  
referuare, non mercedis, sed ciborum est incrementum.

*Vt in quadragesima tempus prandij seruetur.*

*Caput XIII.*

**S**olent plures, qui se ieunare putant in quadragesima, *Ex decr.*  
**S**imox ut signum audierint ad horam nonam manduca- *Siluerij*  
re. Qui nullatenus ieunare credendi sunt, si ante mandu- *pa. cap. I.*  
cauerint, quām vespertinum celebretur officium. Concur-  
rendum est enim ad missas, & auditis Missarum solētibus  
& vespertinis officiis, largitis eleemosynis ad cibum acce-  
dendum est. Si verò aliquis necessitate constrictus fuerit  
vt ad Missam venire non valeat, estimata vespertina hora,  
completa oratione sua, ieunium absoluat.

*Quod in diebus ieuniorum nulla iurgia esse debeant.*

*Caput XIIII.*

**I**n his ieuniorum diebus nullæ lites, nullæ contentio- *Ex dictis*  
nes esse debent: sed in Dei laudibus & opere necessario *Liber. pa.*  
persistendum. Arguit enim eos qui contentiones & lites  
quadragesimæ tempore faciunt, & qui debita à debitoribus  
exigunt, dominus per prophetam dicens: Ecce in die ieu-  
nij vestri inueniuntur voluntates vestræ: & omnes debi-  
tores vestros repetitis. Ecce ad lites & ad contentiones  
ieunatis, & percutitis pugno impiè.

*Vt in illis sacratis diebus ieuniorum coniugati à con-  
iugibus se abstinere debeant. Cap. XIIII.*

**A**bstinendum est enim in his sacratissimis quadrage- *Itē eius-*  
simæ diebus à coniugibus & castè & piè viuendum, vt dē, *cap. 5.*  
sanctificato corde & corpore isti dies transfigantur, & sic  
perueniatur ad diem sanctum Paschæ: quia pene nihil va-  
let ieunium, quod coniugali opere polluitur, & quod ora-  
tiones, vigiliae, & eleemosynæ non commendant.

*De his qui in clero sunt, et carnium esum habue-  
rint ex osum. Cap. XV. Ex cōcil.*

**H**ui qui in clero sunt presbyteri aut diaconi, & à carni- *Ancirano*  
bus abstinēt, placuit, eas quidem contingere, & ita si *cap. 13.*

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

voluerint contenere. Quod si in tantum eas abominantur, ut nec holera quæ cum eis coquuntur existimetur comedenda, tanquam non consentientes regulæ, ab ordinis cessare debent.

*De vigiliis sanctorum.* Cap. XVI.

*Ex concil. Aureliæ.* Resbyteri cùm sacras festiuitates populo annunciantur, Petiam iejunium vigiliarum eos omnino modis seruare moneant.

*De eadem re.* Caput XVII.

*Ex dictis Eusebii papæ, ca. 10.* **V**T in Ecclesia à sacerdotibus ieunia constituta, finit necessitate rationabili, non soluantur.

*De hoc si euenerit fames, pestilentia, vel inæqualitas aeris.* Caput XVIII.

*Ex decr. Liberii papæ, ca. 2.* **S**I euenerit fames, pestilentia, inæqualitas aëris, vel alia qualisunque tribulatio, statim ieuniis, eleemosynis & obsecrationibus domini misericordia deprecetur.

*Ut nullus in die dominica pro abstinentia ieunet.*

*Caput XIX.*

*Ex cœcil. Gangré.* **S**I quis propter continentiam, quæ putatur, aut propter contumaciam in die dominico ieunat, anathema sit.

*De eadem re.* Caput XX.

*Ex cœcil. Turonæ.* **S**I quis propter publicam pœnitentiam à sacerdote acceptam, aut pro aliqua necessitate, die dominica vel cap. 57. pro quadam religione, ieunauerit, sicut Manichæi, anathema fit.

*Ut placita secularia in diebus dominicis, & in precipuis festis, & in diebus ieuniorum non fiant.* Cap. XXI.

*Ex concil. apud Erphesfurt.* **P**lacita secularia dominicis diebus vel aliis præcipuis festis, seu etiam in his diebus in quibus legitima ieunia celebrantur, secundum canoniam constitutionem miss habito, inè fieri decreuimus. Insuper etiam sancta synodus decreuit nullum iudicaria potestas licentiam habeat, sua autoritas fuit Henricus rex, id est, septem dies ante Natalem domini usque in octauam Epiphaniæ, & à Quinquagesima usque in octauas Paschæ, & VII. dies ante nativitatem sancti Ioannis Baptiste, quando nus adeundi Ecclesiam, orationibusque vacandi liberius beatur facultas.